



GEORGII MERULÆ STATYELLENSIS HISTORIARUM MEDOLANI DECAS SECUNDA.

L I B E R . I.



Nterea quum jam Galeatus, ut Patris mortem occultaret, medicos in cubiculum is admitteret, eure media egrotanti allatuos, spesque adhuc aliqua vita superesse videtur; ea tamen interim compararet, & faceret, quæ ad firmandas opes necessaria existimabat, Luchinus, & Marcus Cardano (a) haud longe a Pado oppositi, priusquam palam fieret Patrem decessisse, cum hoste configere statuit: igitur collatis signis, propius inimica castra pergunt. Cardanus quamquam numero peditum longe impar esset, virtute tamen equitum, & armorum peritiae consilis, moram pugnandi nullam fecit. Pugnam utriusque alacres ineunt. Irruentem hostem Cardanus sustinuit, neque prius retro ferre pedem, quam super ventre peditum equi suffossi sunt. Atrox fuit dimicatio, cædes ingens, major in fuga ad Padum usque

(a) Ira perpetua legitur in MS. arbitramur tamen legendum Cardona, qui Pontificii exercitus Dux erat.

A strages edita. Cecidisse ea in pugna ex Raimundi equitibus centrum, quingentos captos pedites, atque sagittarios supra ducentos, traditur. Ex Gibellinis iniri certus numerus non potuit. Convenit inter eos, qui aliquid scripti reliquere, plures in exercitu Vicecomitis imperfectos fuisse, quamvis is vistor evaserit. Namque inclinata suorum acie in Burgum (b) cum majore suorum parte prossigunt; ita propinquitate vici servati plurimi sunt. Temerarium, & parum prosperum Raimundum Scriptores dicunt: supersedere enim potius pugna debuit, quam Marti rem committere, quum multitudine peditum hostis potentior foret. Fa- cius Ubertus illis proximus temporibus tot cæ- sos ad Augustam Baccionorum (c) scribit, ut instar fluminis sanguis lacunas efficerit, hoc, sive pro more poëtico, quod pugnas, & cæ- des majores, quam sint, scriferit, sive tantus fuerit occidorum numerus, ut sanguis instar fluminis effluxerit, parum compertum habeo. Cæterum de tempore, quo certatum fuit, Scriptores variare video. In Annalibus proditum est: ante Matthæi obitum Marcum, & Girardinum Spinulam cum Raimundo decertas. Tradunt alii: decem ab illo defuncto dies pugnatum, quorum opinioni ut accedam, facit Gu-

(b) Qui nunc S. Martini Burgus dicitur, non longe a Valentia ad Padum positus.

(c) Nunc Bassignana.